

IACOBI THEODORI KLEIN

SECR. CIV. GED.

SOC. REG. LOND. ET ACAD. SCIENT. BONON.

MEMBRI

QVADRUPEDVM

DISPOSITIO

BREVISQVE

HISTORIA NATVRALIS.



LIPSIAE

APVD BERNHARD. CHRISTOPH. BREITKOPFIVM.

1751.

§. XLVI.

TABVLA SPECIALIS DIGITATORVM,
QVÆ DEPILATA.

ORDO III.
DEPILATA;
sive tecta, sive
nuda, nequic-
quam pilosa;
omnia ovi-
para sive ω-
τοκα.

TESTVDINATA.	Testudo	{	Digitis discretis §. 47.	
			Pedibus anomalis §. 48.	
CATAPHRACTA.	Crocodilus, Caimanus	{	§. 49. 50.	
	Lacerta	{	dorso lævi §. 52.	
			dorso pectinato §. 53.	
	Salamandrina	{	§. 53.	
	Salamandra; ova vera in pelvi excludens.			
	Gekko.			
NVDA. § 51.	Cordylus; Uromastix.	{		§. 54.
	Scincus.			
	Seps s. Lacerta Chalcidica; ova in utero excludens.			
	Chamæleo	{	§. 55.	
	Batrachus	{	Rana §. 56.	
			Bufo §. 57.	

§. XLVII.

TESTUDO. Schildkröte. Quod tegmine, vel capsula testacea TESTUDO.
munita est, Schildkröte. A Tortoise Tortuë Gall. Dividi solent in
terrestres, aquarum dulcium et in marinas; sufficiunt terrestres sive sylve-
stres et marinae. Ne autem a loco differentias petamus, quæ dispositio
multa incommoda conciliat, et amphibologias cavetur, tutius Testudines
distinguiamus in animalia capsularia digitis discretis, qui et terrestribus et
lutariis, sive aquæ dulcis communes sunt; et pedibus digitivæ anomalis,
quales sunt marinae omnes.

I. DIGITIS DISCRETIS.

TESTUDO vulgaris, The common land Tortoise. Testa superior,
prout in omnibus, est convexa, inferior plana; caput serpentino anu-
lum, quod prout pedes caudamque pro lubitu exserere et intra testam sub-
ducere potest, caret palpebra superiore, et auriculis; an etiam, secun-
dum *Rajum*, careat meatibus auditoriis, hæsito, quod nec Phocæna piscis
iisdem careat, valde licet angustis. Hyeme in terra latitat. Testa vel atris,
vel dilutioribus, vel etiam nigris et luteis arcolis distinguitur; Testudines
sunt pentaclylæ, pedes plerumque, prout caput caudaque squamata. Ossa
testæ duplicia in lateribus sibi mutuo commissa sunt, et ligamentis validis
durisque juncta.

TESTUDO terrestris Indica maxima *Parisiensibus* descripta. Sa queue
étoit garnie d'une corne par le bout; ses pates n'étoient point couvertes
d'écailles, mais d'une peau risée comme du Maroquin; ses ongles point
sigus, mais mouffés et usés jusqu'à près de la moitié, et ses machoires
sont dentelées en forme de Scie; hoc omnibus digitis discretis est com-
mune; nec dici possunt habere dentes.

TESTUDO Iabeti *Maregr.* Cagado de terra, Lusit. Testa nigra, cui
multa figuræ hexagonæ insculpta. *Seba* p. 129. Tab. 8. n. 2.

TESTUDO Mydas dicta; *Seba* p. 129. t. 80. n. 1. ex Curassoa; mediæ
magnitudinis, non ultra tres annos nata; superius tegumen obscure spadi-
ceum, ex flavo pulchre elaboratum. Caput totum fere rubet; tali et co-
lore pedes picti, brevibus crassisque squamis, et validis quinque unguibus
muniti. *ποταμια χελωνη.*

TESTUDO Brasiliensis, Iabeti dicta; scutis hexagonis, extuberantibus,
elliptica fere speculorum vitra referentibus; horum e centro, dilute lu-
teo, minutisque ocellis consperso, seni, octoni pluresve aut pauciores
emigrant

TESTVDO. emigrant radii flavi, inde ad ambitum scutiformis cujuslibet squamæ porrecti, capite dilute flavo, subtus saturatiore; et squamæ pedum flavent. *Seba* p. 129. t. 80. n. 3. et 8.

TESTVDO Ceylonica, terrestris minor; Iurukua; toto corpore dilute ruffo. *Seba* ibid. n. 4.

TESTVDO ex nova Hispania; Kagado d' Agao; polito operimento ex flavo dilute rubello, quasi aurantii coloris; capite, pedibus et cauda saturate aurantiis. *Seba* ibid. n. 5.

TESTVDO Brasil. Iujura *Marcgr.* flavi undique coloris superius, parvisque quasi icunculis, sculatis; capitis pedumque color paulo dilutior flavus. *Seba* ibid.

TESTVDO Amboinensis, minor; lavibus scutis dilute spadiceis; flaventibus aliquot maculis; caput pedesque saturatius spadicii. *Seba* p. 130. t. 80. n. 7.

TESTVDO Amboinensis, minor; colore dilute ruffulo, instar flammularum albis maculis lineisque; pedes punctis rubicundis; caput valde prominulum; pedibus quinque acutis unguibus; in majorem molem non excrefcit; *Seba* p. 126. t. 79. n. 1. Eadem inversa, dilute flava et rubro pigmento adumbrata n. 2.

TESTVDO, Ceylonica, minor; dilute flava, latis, saturate spadiceis maculis, foliaceis; caput, pedes luteis squamulis. *Seba* ibid. n. 3.

§. XLVIII.

II. PEDIBVS ANOMALIS.

TESTVDO pedibus anomalis, marina est. Pedes ad natandum et ad scandendum in littora ova ponendi gratia comparati; et prout Vespertilionum antichi pedes rudimenta digitorum in instrumentum valatorium sparguntur, ita digiti harum Testudinum digiti complanati, squamati et plerumque evidenter unguiculati, in pinnas quasi, vel quatuor alas rudes conjuncti; mari non aliter exeunt, quam dormiendi et ova faciendi gratia, in littora vicina. In tantam magnitudinem excrefcunt in Mari Indico, ut quatuordecim homines unius testæ superiori insistere possint. Mandibula superior canalem insculptum habet, inferioris aciei dentatæ excipiendæ, et inferior vicissim canalem, quem subintrat superioris dentata protuberantia. Vid. *Rajum* Syn. p. 235. Vid. Testudines marinas, quarum altera monstrosa, biceps, apud *Edw.* p. 206. In terram egressæ, ova centena numero deponunt

nunt in arena tecta; quæ solis calore excluduntur. Hoc omnibus Testudinibus commune est; nam nullæ incubant. TESTUDO.

TESTUDO vulgaris; Testa minus pulchra et concinna. Inveniuntur frequentes circa Brasiliam et Insulas Caribbeas, quarum unius caro 80 vel 100 hominibus, uti dicitur, in prandium sufficit. An Testudo marina Americana, *Sebæ* p. 130. t. 80. n. 9.

TESTUDO, Brasil. Iurucua; Lusit. Nartaruga; variis figuris geometricis testæ quasi insculptæ videntur. Quædam habent testam nigram, splendentem, flavis lineis et figuris egregie interstinctam, aliæ aliter conformatam; posteriores pedes palmatos breviores. Testudo Franca *Rochefort.* Eiusdem figuræ Testudo Caëmanna, *Rochef.* verum caro ejus nigra est.

TESTUDO Caretta, *Rochef.* multo minor præcedentibus; sed ova delicatiora; in pretio est ob testam in laminas 15 divisam, quarum 10 planæ sunt, reliquæ nonnihil incurvæ; Ex illis multa fiunt (7°).

(70) *Catesbejus* II. p. 38. quatuor species marinarum, quas vulgo Turtles vocant, differentes tradit: The Green Turtle; The Hawtes Bill; The Legger Head Turtle and the Trunk Turtle. Vide *ibid.* autorem, des différentes especes des Tortuës et de leur propriété en general. Testudo marina viridis, The green Turtle, Tortuë verte, ou Tortuë franche *Rochef.* de Cuba et du Continent. On regarde leur oeufs comme un manger sain et délicieux. Mr. le Chevalier *Sloane*, dans son Hist. Nat. de la Jamaïque, nous apprend, que les habitans de Port Royal employent 40 barques à la pêche de ces Tortuës; et p. 39 modum explicat capturæ. - - The Hawksbill prend son nom de la forme de sa bouche ou bec d'un Faucon; vid. fig. *ibid.* Elle est estimée à cause de l'utilité de son ecaille et de la bonté de sa chair. - - The Loggerhead Turtle on ne cherche guères, à cause de leur chair rance, elle est en état de rompre de très grandes coquilles, sur tout le buccinum. - - Testudo arcuata, the Trunk Turtle, le Cosire, n'est commune, p. 42, car on en prend rarement; l'ecaille de dessus est plus convexe, que dans les autres especes. Leur chair est rance, mais on en tire une grande quantité de huiles.

TESTUDINUM marinarum pulli diversi tres; *Sebæ* p. 127. t. 79. n. 4. 5. 6. *Ibidem* Ovum cum foetu, n. 7.

§. XLIX.

C A T A P H R A C T A.

CROCODILOS et CAIMANOS nonnulli ad Lacertos numerant: quod cauda eorum in longum producta, et plurimi Lacertorum ova ponunt cum illis. Multum vero differunt a Lacertis, imprimis lingua, quæ Crocodilis fere nulla, et membrana tantum ad ingluviem, inferiori mandibulæ interjacens, quam sustollere non possunt; cum Lacertis omni-